UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXXXIX. De dono correspondente fortitudini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

non opponatur perſeuerãtiæ. Dicit.n. Greg. 31. Moral.* ꝙ pertinacia oritur ex inani gloria: ſed inanis gloria non opponitur perſeuerantiæ, ſed magis magnanimitati, vt ſupra dictum eſt. † ergo pertinacia non opponitur perſeuerantiæ.

¶2. Præt. Si opponitur perſeuerantiæ, aut opponitur ei per exceſſum, aut per defectum: ſed nõ opponitur ei per exceſſum: quia etiã pertinax cedit alicui delectationi, & triſtitiæ, quia vt dicit Phil. in 7. Ethic.* Gaudent vincẽtes, & triſtantur ſi ſententiæ eorũ infirmæ appareant: ſi autem per defectum, erit idem quod mollities, quod patet eſſe falſum. nullo ergo modo pertinatia opponitur perſeuerantiæ.

¶3. Præt. Sicut perſeuerans perſiſtit in bono contra triſtitias, ita continens, & temperans contra delectationes, & fortis contra timores, & manſuetus contra iras: ſed pertinax dicitur aliquis ex eo quod nimis in aliquo perſiſtit. ergo pertinacia non magis opponitur perſeuerãtiæ, quàm alijs virtutibus.

Sed contra eſt, qđ Tul. dicit in ſua Rhetor. * ꝙ ita ſe habet pertinacia ad perſeuerantiã, ſicut ſuperſtitio ad religionem, ſed ſuperſtitio opponitur religioni, vt ſupra dictum eſt. * ergo & pertinacia perſeuerantiæ.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut Iſido. dicit in lib. Ety.* pertinax dr̃ aliquis, qui eſt impudẽter tenax, quaſi omnia tenens. Et hic idem dicitur pertinax, eo ꝙ in propoſito ſuo ad victoriam perſeueret. Antiqui enim dicebant vitiam, quã nos victoriam; & hos Philo. vocat in 7. Ethi.† iſchirognomonea .i. fortis ſentẽtiæ, vel idiognomones .i. propriç ſententiæ, quia ſ. perſeuerant in propria ſentẽtia plus quàm oportet. Mollis autẽ minus, quàm oportet; perſeuerans autem ſecundum quod oportet. Vnde patet, quòd perſeuerantia laudatur ſicut in medio exiſtens; pertinax autem vituperatur ſecundum exceſſum medij, mollis autem ſm̃ defectum.

Ad primum ergo dicendum, quòd ideo aliquis nimis perſiſtit in propria ſentẽtia, quia per hoc vult ſuam excellentiam manifeſtare, & ideò oritur ex inani gloria ſicut ex cauſa. Dictum eſt autem ſupra, * ꝙ oppoſitio vitiorum ad virtutes non attenditur ſecundum cauſam, ſed ſecundũ propriam ſpeciem.

Ad II. dicendum, quòd pertinax excedit quidem in hoc, ꝙ inordinate perſiſtit in aliquo cõtra multas difficultates: habet tamẽ aliquam delectationem in fine, ſicut & fortis, & etiam perſeuerans. Quia tamen illa delectatio eſt vitioſa ex eo, quòd nimis appetit eam, & contrariam triſtitiam fugit, aſſimilatur incõtinenti, vel molli.

Ad III. dicẽdum, quòd aliæ virtutes, etſi perſiſtant contra impetus paſſionum, non tamen propriè laus earum eſt ex perſiſtando, ſicut laus perſeuerantiæ. Laus verò cõtinẽtię magis videtur ex vincendo delectationes: & ideo pertinacia directe opponitur perſeuerantię.

QVAESTIO CXXXIX.

De dono fortitudinis, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de dono, quod reſpõdet fortitudini, qđ eſt fortitudinis donũ.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, Vtrum fortitudo ſit donum.

mis alijs dictis eiuſdem Tho. Nam ſecundum eum non omnis perſiſtens in ſententia ſm̃ quod oportet, eſt perſeuerans, ſed ille tantum qui perſiſtit non obſtante moleſtia diuturnitatis. Si ergo pertinacia directe opponitur perſeuerantiæ, oportet quòd nimis perſiſtat contra diuturnitatis moleſtiam, ſed ſecundum eum pertinacia non eſt tale vitium: ſed aliquis dicitur pertinax, eſto quòd nihil ex diuturnitate ſentiat moleſtiæ. Nõ conuenit ergo concluſio cum alijs dictis Thomæ. Secundò, quia ſequeretur nullum vitium eſſe pertinaciam niſi vbi diuturnitatis circũſtãtia de bono ĩ malem transferret. Et tenet conſequentia, quia ſi directe opponitur perſeuerãtiæ, oportet, quòd includat in ſua ratione diuturnitatem, ſicut perſeuerantia. Tertiò, quia pertinax ſecundum Iſid. eſt qui immanet ſententiæ, cui non debet immanere. Talis aũt excedit pertinacem oppoſitum perſeuerantiæ, quia perſeuerans eſt non obſtante triſtitia, & ſimiliter ſuus pertinax: ergo pertinacia accepta ab Iſido. & Thoma, non opponitur perſeuerãtiæ. Quartò, quia pertinax, vt de eo loquitur Thom. immanet ſententiæ propter delectationẽ: ergo nõ opponitur perſeuerãtię ſed cõtinẽtiæ. Probatur aſſumptũ, quia pertinax immanet ſententiæ propter victoria: ergo propter delectationem. Probatur hoc vltimum antecedens, tum ex ipſo Tho. hic: tum ex Ariſt. 7. Ethic. dicente, quòd iſti propriæ ſententiæ vincuntur à delectationibus. Gaudent.n. vincẽtes ſi non tranſuadeantur: & concludit, quòd ſunt magis ſimiles incontinentibus, quàm continẽtibus.

¶Ad horum euidentiam ſcito quòd ſicut magnanimitas, & facit magnum in qualibet virtute, & ponit medium in appetitu magnorum horum, nec oportet quodlibet oppoſitum illi vitiũ reſpicere appetitum honoris, ſed ſufficit quòd magnum honorem reſpiciat, vel per exceſſum, vel per defectum, vt patet de præſumptione, quæ non excedit in appetitu honoris, ſed actus incommenſurati: ita proportionabiliter perſeuerantia, & facit ex intentione perſiſtentiam opportunam in qualibet virtute, & medium ponit inſiſtendo in ſententia. Et propterea vitia oppoſita eidem, ſi extrema ſunt eius, quod eſt ſiſtere in ſententia, perſeuerantiæ opponuntur. Sicut ambitio, & eius oppoſitum extrema ſunt magnanimitatis, quia extrema ſunt eius, ꝙ eſt appetere magnos honores.

¶His prælibatis ad primum in oppoſitum dicitur, ꝙ perſiſtere in ſententia bene operando, aut malum vitando, contingit dupliciter. Vno modo, ex conditione habitus operantis, & ſic perſiſtens non eſt perſeuerans ſecundum authorem. Alio modo, ex principali intentione, & ſic perſiſtens eſt perſeuerans: quoniam ſic perſiſtere intendens, directe intendit tam diu inſiſtere, quàm diu oportet. Hoc enim importat ly perſiſtere, ſicut peruigilare eſt vſque ad finem vigilare. Vnde cũ dicitur, quòd actus perſeuerãtię eſt ꝑſiſtere in ſentẽtia cũ executione, nõ oportet addere contra moleſtias diuturnitatis, qm̃ ipſum perſiſtere hoc importat. ſ. ꝙ ſi eſt directe intẽtũ, ſuperet moleſtiã cauſabilẽ à diuturnitate. Et cũ ex hoc infert: ergo pertinacia perſeuerantiæ oppoſita nõ eſt, niſi nimis ꝑſiſtat cõtra dinturnitatis moleſtias, negat ſequela: ſed ſufficit, ꝙ nimis ex intẽtiõe perſiſtat in ſentẽtia vndecũq; hoc accidat: ſicut ſufficit ad interpretatũ ꝙ excedat in delectãtionibus tactus, vndecũq; ad hoc veniat, puta, ex auaritia, vt meretrix, vel ex vindicta, vt occiſor, &c. Et rõ eſt, quia ad poſitionẽ vitij alicuius nõ requiritur, ꝙ principalis intẽtio hoĩs ſit diuertendi à medio ꝓprio: ſed ſat eſt, ꝙ ipſum vitiũ ex propria natura ſit primò receſſiuũ à medio propriæ virtutis. Mediũ aũt ĩ ꝑſeuerãtia, vt dictũ eſt, eſt ꝑſiſtere in ſentẽtia. Pertinax aũt ex intẽtiõe excedit hoc, qm̃ immanet ſententiæ, qñ non oportet, vel cui nõ oportet. Hoc aũt eſt recedere à ꝑſiſtẽtia ſm̃ qđ oportet ſiue moleſtię diuturnitatis faciãt hũc receſſum, ſiue nõ. Et ſimiliter mollis eſt vndecũq; quis ex intẽtione non perſtet ĩ ſentẽtia ſm̃ qđ oportet, & nõ ſolũ ſi ꝑꝑ laborẽ diuturnitatis nõ ꝑſtet in ſententia propter eãdẽ rõnem. ſ. quia ex natura ſua talis non ꝑſtans recedit à perſiſtẽtia ſm̃ qđ oportet. Iam.n. dictum eſt, ꝙ in perſiſtentia clauditur diuturnitas. Et per hoc patet rñſio ad ſecundũ dicendo ꝙ receſſus à perſiſtentia includit receſſum à diuturnitate ſm̃ quod oportet, & per hoc patet rñſio ad 3. Aliud eſt.n. loqui de receſſu vitij à medio, & aliud de receſſu operantis vitioſe, qm̃ cauſa mouens vitioſum põt eſſe multiplex, & nõ tollit naturã vitij. Pertinax.n. eſt, qui nimis ex intentione perſtat vndecũq; iſte homo moueatur ad immanendũ ſententiæ qñ, vel cũi non oportet. Ad quartũ dr̃ cum authore, ꝙ pertinax ex parte delectationis appetitæ eſt ſimilis incontinẽti. vt Ariſt. dicit. ſm̃ tñ id qđ directe intendit. ſ. immanere propriæ ſentẽtiæ, opponitur perſeuerantię, & ſecundum finem opponitur magnanimitati, pro quanto eſt inanis gloria.

Q. 127. art. 2. ad 1. & q. 133 art. 2.

¶Super Quæſtionem centeſimamtrigeſimamnonam, & centeſimam quadrageſimam.

IN q. 139. & 140. de dono, & p̃ceptis fortitudinis nihil occurrit ſcribendum, niſi ꝙ aduertas donum fortitudinis nõ arctari

ad materiā fortitudinis, vt eſt ſpecialis virtus, ſed extēdi ad totā materiā fortitudinis, vt eſt virtus generalis, vt in artic. 1. ad 3. in litera habes, & excedere illā quo ad finē tā reſpectu bonorum, quàm malorum, vt in corpore ibidem habes, & hæc de fortitudine dicta ſufficiant.

3. diſt. 34. q. 1, art. 2. cor, & q. 3. art. 1. q. 1.

¶ Secundò, Quid reſpondeat ei in beatitudinibus, & fructibus. F

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fortitudo ſit donum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vī, ꝙ fortitudo non ſit donū. Virtutes.n. à donis differunt: ſed fortitudo eſt virtus: ergo nō debet poni donum.

¶ 2. Præt. Actus donorum manent in patria, vt ſup. habitum eſt: * ſed actus fortitudinis non manet in patria. dicit enim Grego. in 1. Moral. † ꝙ fortitudo dat fiduciam trepidanti contra aduerſa, quæ nulla erunt in patria. ergo fortitudo non eſt donum. G

1. 2. q. 68. art. 6.

Li. 1. c. 32. ante med.

¶ 3 Prȩt. Aug. dicit in 2. de doct. Chri. ꝙ * fortitudinis eſt ab omni tranſeuntium mortifera iucunditate ſeipſum ſequeſtrare: ſed circa noxias iucunditates, ſeu delectationes magis conſiſtit temperantia, quàm fortitudo. ergo uidetur quòd fortitudo non ſit donum reſpondens virtuti fortitudinis.

Li. 2. c. 7. in medio to. 3.

SED CONTRA eſt, quod Iſa. 11. fortitudo inter alia dona Spirituſſancti computatur.

RESPON. Dicendum, ꝙ fortitudo importat quādam animi firmitatem, vt ſupra dictum eſt; * & hȩc quidem firmitas animi requiritur & in bonis faciendis, & in malis perferendis, & prȩcipuè in arduis bonis, vel malis. Homo autem ſecundum proprium, & connaturalem ſibi modum hanc firmitatem in vtroq; pōt habere, vt non deficiat a bono propter difficultatem uel alicuius ardui operis implēdi, vel alicuius grauis mali perferendi; & ſecundū hoc fortitudo ponit virtus ſpecialis, uel generalis, ut ſupra dictum eſt. * Sed altius a Spirituſancto mouet animus hominis ad hoc, quòd perueniat ad finē cuiuſlibet operis inchoati, & euadat quæcūque pericula imminētia: quod quidem excedit naturā humanā. Quandoque enim non ſubeſt poteſtati hominis, vt conſequatur finem ſui operis, uel euadat mala ſeu pericula, cū quādoque opprimatur ab eis in morte; ſed hoc operatur Spirituſſanctus in homine, cū perducit eum ad uitam æternam, quæ eſt finis omniū bonorum operum, & euaſio omnium periculorū. Et huius rei infundit quandam fiduciā menti Spirituſſanctus contrarium timorem excludens: & ſecundum hoc fortuito donum Spirituſſancti ponitur. Dictum eſt enim ſupra, quòd dona reſpiciunt motionem animæ à Spirituſancto. H I

Q. 123. art. 2, & 1. 2. q. 61. art. 3.

Q. 123. art. 2.

1. 2. q. 68. art. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fortitudo, quæ eſt uirtus, perficit animum ad ſuſtinendū quæcumque pericula, ſed non ſufficit dare fiduciam euadendi quæcumque pericula, ſed hoc pertinet ad fortitudinem, quæ eſt donum ſpirituſſancti.

AD SECVNDVM dicendum, quod dona non habent eoſdem actus in patria quos habent in uia, ſed ibi habent actus circa perfruitionem finis. Vnde actus fortitudinis ibi eſt perfrui plena ſecuritate laboribus, & malis. K

AD TERTIVM dicendum, quod donum fortitudinis reſpicit uirtutem fortitudinis non ſolum ſecundum quod conſiſtit in ſuſtinendo pericula, ſed etiam ſecundum quod conſiſtit in quocumque arduo opere faciendo. Et ideo donum fortitudinis dirigitur a dono conſilij, quod uidetur præcipue eſſe de melioribus bonis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN